



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 132. Obstacula Sinensi navigationi opposita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

crum hoc negotium tanto ardore urge- Sæcul. XVI.  
bat, ut potissimum suorum bonorum partem in necessariis hujus itineris sum-  
ptibus, ac donis impenderet, & Xave-  
rio Pro-Regis, ac Episcopi diplomata,  
nec non conciliandæ fidei literas, ac  
munera ad Regem Sinarum deferenda  
mense nondum evoluto procuraret,  
hujusque Legationis successum Alvaro  
Thalaidio Malacensium Gubernatori com-  
mendaret. Hanc in rem Xaverius quo-  
que datis ad Lusitanum Regem literis  
(\*) rogabat, quatenus hoc iter gratum,  
ratumque haberet, ipse vero prius re-  
bus pro domestica Societatis disciplina,  
ac Indarum Missionum utilitate rite di-  
spositis die decima quinta Aprilis An-  
no post Christum natum millesimo quin-  
gentesimo quinquagesimo secundo Goa  
profectus mari se commisit, Sinas navi-  
gaturus.

### §. CXXXII.

#### *Obstacula Sinensi navigationi oppo- sta.*

Primis navigationis suæ diebus foeda Turselin. I.  
exoriebatur tempestas, cuius vio- s. c. 6. & 7.  
lentia grave naufragii discrimen cari-  
H h 2 næ,

(\*) Hæ literæ extant apud Odoricum  
Raynaldum ad hunc annum num. 60.

Sæcul. XVI. næ, qua vehebatur Xaverius, minita-  
A.C. 1552. batur: verum hic sacrarum, quas se-  
cum deferebat, reliquiarum thecam fu-  
niculo religatam in fluctus deiicit, &  
ecce! mox venti cadunt, sedatur tem-  
pestas, cœloque sua redit serenitas, &  
tam secundis velis cursus tenetur, ut  
intra paucos navigationis dies navis  
Malacam perveniret, ubi Xaverius in-  
gentis lætitiae signis exceptus, a popu-  
lo omni obsequiorum genere affectus est.  
Verum minorem longe benevolentiam  
experiebatur ab urbis Præfecto, qui,  
cum Pereiræ pecunias potius sibi mutuas  
dari, quam pro Apostolica expeditione  
expendi maluisset, eidem non parum  
infensus erat, ac propterea etiam Xa-  
verii proposito totis viribus obfistebat,  
ipsumque Jacobum Pereiram detinuit,  
quo minus legationem obire posset. Ob-  
fecrat, & instat Xaverius, nec tamen  
illius preces Præfectum flectere, aut ab  
ipsius sententia dimovere poterant, tan-  
dem ergo ad frangendum obstinatum  
hujus Viri animum Goani Proregis di-  
plomata, atque Episcopi literas exhi-  
buit, necnon eidem exposuit, qua sub-  
missione Legatum Apostolicum excipi-  
re teneretur, quantumve damnum sua  
pertinacia Evangelii propagationi infer-  
ret; cum autem Præfectus adhucdum  
surdas præberet aures, Xaverius Joan-  
nem

VIII.  
initia-  
as fe-  
m fu-  
t, &  
tem-  
s, &  
r, ut  
navis  
as in-  
popu-  
us eft  
ntiam  
, qui,  
utuas  
itione  
parum  
n Xa-  
tebat,  
inuit,  
t. Ob-  
ramen  
autab  
, tan-  
natum  
gis di-  
exhi-  
a sub-  
xcipe-  
m sua  
infer-  
udum  
Joan-  
nem

nem Surarium Malacensem Vicarium adiit, eidemque rei gestae seriem exposuit, precatus, ut hujus negotii curam in se fusciperet: Id quoque Xaverii precibus dedit Vicarius, atque Alvarum invisens eundem per Christi Domini viscera obtestabatur, ne se sepius Sancti hujus Viri consiliis opponeret; Insuper, si illius in augenda Religione conatibus obstare pergeret, ex Pontificis auctoritate eidem Ecclesiæ censuras denuntiabat, simulque eum hor tabatur, ne tam atrox facinus abs dubio severe admodum a Deo vindice plementum committeret; verum cuncta Xaverii monita in irritum cecidere.

Sæc. XVI.

A C. 1552.

§. CXXXIII.

*Malacensis Præfetus ob Evangelii  
prædicandi facultatem Xaverio  
denegatam anathemate  
percussus.*

Itaque Xaverius, cum Præfetti obsti nationem frangere desperaret, ad anathematis poenam adigebatur, quam etiam supremus Episcopi Vicarius contra Præfectum, omnesque ejus pertinaciæ fautores, aut criminis socios pronuntiabat: verum nechæc severitas ampliora, quam prius lenitas, ab obfirmatio illius animo extorquere poterat; quip-

Orland. l. 12.

" 93. & 94.

Turzelin.

l. 5. c. 7.